

eius expendunt. viuunt quidem de mercimonijs & artibus. victualium habent copiam pisces etiam infinitos uenationes & aucupationes in magna quantitate habent nam bene aberentur ibi tres fasiari pro ueneto uno grosso/

*adorat ydola*

**E**t cum ab ista ciuitate disceditur itur una dieta inueniendo continuo multa casamenta scilicet uilas & burgos & multos campos laboratorios & in capite diete inuenitur quedam ciuitas nomine Tinçu non multum grandis set compos omnium| bonorum. gentes ipsius adorant ydola monetam habent de cartis magni can<sup>39r°</sup> & sub dominio eius sunt viuunt etiam de mercimonijs & artibus. ciuitas ista est uersus sirocom pulcras habet uenationes & aucupationes habet et nauigium multum. & a sinistra parte uersus leuantem est mare oceanum per tres dietas distans abinde & a mari oceano usque ad hanc ciuitatem in omnibus locis fit sal ibi est quedam ciuitas nomine cinçu multum diues nobilis & magna. In qua quidem ciuitate fit tantum salis quod provincia tota sufficienter pro suo usu inde repletur. de quo magnus can percipit multum redditum & tributum quod uix aliquis credere posset nisi ipse uideret. gentes cuius adorant ydola pecuniam habent de cartis & sunt sub dominio magni can/

*adorant ydola*

**Q**uando uero discedendo a ciuitate Tinçu itum est uersus syrocom una dieta per ualde pulcras contratas in quibus sunt multe ciuitates & castra Inuenitur quedam ciuitas nobilis & grandis nomine yançu & tam potens est quod sub se habet uiginti septem ciuitates nobiles & bonas & magnarum mercationum In ista quidem ciuitate residet siue sedem habet unus di duodecim baronum magni can qui in alciori gradu dignitatum sunt. Nam ista electa est una de sedibus duodecim gentes ciuitatis huius ydolatre sunt pecuniam habent de cartis & sunt sub dominio magni can| viuunt de mercimonijs & artibus nam<sup>39v°</sup> faciunt munimina militum & hominum ab armis in magna quantitate quia circa istam ciuitatem & in ciuitate. & in eius pertinentijs sunt homines multi pro armis/

*adorant ydola*

*adorant ydola*

**N**anghyn est prouincia uersus ponentem in confinibus mançi multum nobilis & grandis. gentes sunt ydolatre monetam expendunt de cartis viuunt de mercimonijs & artibus. habundantiam habent syrici. faciunt insuper drappos aureos & de syrico habent segetes & queque uictualia habundanter patria quidem est ualde fertilis habent ibi aucupationes & uenationes diuersas comburunt funera mortuorum multi conuersantur in patria illa. leones ibi sunt diuites mercatores a quibus magnus dominus multum introitum percipit/

*adorant ydola*

**S**ayanfu est quedam magna ciuitas & nobilis cuius iurisdictioni respondent duodecim ciuitates diuites & magne. ibi fiunt multe mercationes & artes. gentes adorant ydola monetam expendunt de cartis. funerant comburunt & sunt sub dominio magni can habent h[ab]undantiam syrici & laborant drapos aureos & de syrico habent uenationes multas/ ciuitas quidem predita est omnibus